



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

Caput XX. Exhortatio sive lectio spiritualis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](#)

qui estimet tempus, quod in verbis consumuntur otiosis: volat verbum irrevocabile: volat tempus irremediabile, nec adverit insipiens, quid amittat. Licer fabulari, dicunt, donec hora pratereat. O! donec pratereat hora, quam tibi ad agendum pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam, miserationis conditoris indulget. Donec transeat tempus, quo divinam propitiare debueras pietatem, properare ad Angelicam Societatem, suspirare ad amissam hereditatem, excitare remissam voluntatem, stercere commissam iniquitatem. Serm. ad Schol.

## CAPUT XX.

*Exhortatio siue lectio  
Spiritualis.*

**E**X illa ut proficiamus, simplicem ac docilem animum adhibeamus est necesse, illis enim, qui hujusmodi sunt, cœlestis Doctrinæ gustum impetriri Deus consuevit. Abscondisti Matth. II.  
25. hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Cor etiam habere debemus affectum desiderio addiscendi veritatem & placita nostri status Religiosi, illa ut ipso opere perficiamus: scriptum est enim, verum ac sincerum discendi desiderium esse primum gradum, qui nos ad sapientiam ducat. *Initium sapientia verissima* Sap. 6.18. *Gg 5 est*

*est disciplina concupiscentia.* Atque iterum:  
**Matth. 5.** *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam quoniam  
 6. ipsi saturabuntur.*

*Directio.* Domine Deus, Religio me in  
 „ hunc locum conferre me jubet, ut isthic in  
 „ viis perfectionis ac sancti amoris tui eru-  
 „ diar. Me, obsecro te, dignum Sanctâ Scho-  
 „ lâ tuâ discipulum constitue, & simplicita-  
 „ rem ac docilitatem animi mihi impertire.  
 „ Gratiam mihi concede, ut attentum me  
 „ præbeam, quod sic intelligam ac memoriam  
 „ retineam ea, quæ Magister aut Director  
 „ meus verbis tuis dicturus est mihi, ut meas  
 „ obligationes ubi magis magisque cognosca-  
 „ vero, magna illas fidelitate adimpleam.  
 „ Te etiam oro, Sacratissima Virgo, hanc  
 „ mihi gratiam ut obtineas.

*Monita ex Literis sacris  
 de prompta.*

- Iac. 1. 22.** *Estote factores verbi, & non auditores tan-  
 tum fallentes vos metipso.*
- Rom. 2. 13.** *Non auditores legis justi sunt apud Deum,  
 Deut. sed factores legis justificabuntur.*
- 24. 8.** *Facies quæunque docuerint te Sacerdotes.*
- Ioan. 14.** *Si quis diligit me, Sermonem meum ser-  
 23. vabit.*
- 6. 13. 17.** *Si haec scitis, beati eritis, si feceritis ea.*

**C A-**